

DESCRIPTIO MACHINÆ SPHÆRICAÆ.

SPhæra Armillaris immobilis , tota ex Orichalco construēta , diametro bipedali ferè , altitudine cum Basi seu fulcro ligneo trium circiter pedum Noricorum , includens Systema stellarum errantium , juxta hypothesin Copernicanam ita quidem ordinatum , ut omnes ac singuli Planetæ Virtute solius cochleæ perennis promoti , quisq; periodum suam in propriâ orbitâ decurrat.

Sol in centro Sphæræ , lationis quidem motus expers , circa proprium tamen axem , qui & reliquis , excepta Lunâ , Planetis competit , gyrationis motum repræsentat.

Mercurius à centro primus & penintimus , minima orbitæ inhærens , circa Solem volvitur , conficitq; redditus fuos centies tricies septies ferè , uni revolutioni Saturni commensurabiles.

Hunc ambit *Venus* , triginta septem cum semisse revolutiones circiter , uni periodo motui hānologas perficiens .

In Orbe tertio consistit *Tellus* , quæ intra annum naturalem semel , atq; sic tricies ferè , ad motum Saturni comparata , convertitur : Circa hanc velut in Epicyclo circumcurrit

Luna